

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philosophicarum. Prima continens Regulas VII. circa doctinum. Essentiae Entis Et Non Entis vel Esse & Non Esse. Respondente publice Adamo Meisnero, Quarfurto Saxona.

urn:nbn:de:bsz:31-102400



Disputationum Philosophicarum.

PRIMA

continens

RÉGULAS VII.

circa doctrinam

ESSENTIÆ, ENTIS ET NON
ENTIS, vel ESSE & NON
ESSE.

RÉSPONDENTE

publicè

ADAMO MEISNERO;

Querfurto Saxone.



Constituimus Regulas Philo-
sophicas, quæ propter generali-
tatem suam in omnibus disci-
plinis insignem præbent usum;
paulò fusiùs explicatas, & certis limitati-
onibus, opus ubi fuerit, determinatas
in formam disputationum redigere; eas-
que studiosæ juventuti examinandas at-
que discutiendas proponere.

Quan-
quàm

A

quàm autem illas sine ullò ordine, ut quæque sese obtulerit, exhibere, aut, quod ab aliis quoque factum novimus, seriem literarum Alphabeti sequi poteramus; visum tamen est, secundum materiarum diversitatem præscriptis peculiaribus titulis eas distinguere, inque iis qualiscunque connexionis atque ordinis rationem habere. Meritò autem regulæ, quæ in doctrinâ ESSENTIÆ, ENTIS ET NON ENTIS, vel ESSE ET NON ESSE occurrunt, primas ferunt & familiam ducunt, propterea, quod isti termini generalissimi sunt & omnium primi, primumque principium suggerunt, quod Philosophus *IV. Met. c. III. ἀπασῶν βεβαιωτάτην καὶ γνωριμωτάτην τὴν δὲ πρώην*, firmissimum & notissimum omnium principiorum, φύσιν item *δεχλὴν τῶν ἄλλων ἀξιωματικῶν πάντων*, naturâ principium omnium aliorum axiomatum, honorificâ admodum appellatione nominat. Id hisce verbis proponit:

*Impossibile est idem simul esse
& non esse. Sit ergò.*

RE=

Impos

I. Id

gandi

27. & I.

ri & neg

1. 15. ait :

Ei 1. 29.

II. E

tantum

sed & d

hatori

facit 1. 8.

est ; Pet

fibili est

homine

quod &

observa

Petrum

vel non

album.

III. I

est, eod

potest i

hoc tem

calida. C

ad verat

exigit ;

REGULA I.

Impossibile est idem simul esse & non esse.

I. Idem est, quod verbis affirmandi & negandi Philosophus enunciat *cit. lib. IV. Met. t. 27. & I. Post. t. 82. Impossibile est idem simul affirmari & negari de eodem.* Et quod *cit. t. 27. & preced. t. 15.* ait: *Contradictoria non possunt esse simul vera.* Et *t. 29. Altera contradictionis pars est falsa.*

II. Ex quibus ipsis perspicuum jam est, non tantum de esse & non esse universaliter sumto, sed & de tali esse; sive de quovis esse determinatori regulam venire intelligendam. Quod facit *t. 83. h. l. I. Post.* Quam impossibile enim est; Petrum simul esse & non esse, tam impossibile est, eum simul esse hominem, & non esse hominem, esse album, & non esse album. Id quod & circa seq. Reg. *Quodlibet est vel non est;* observandum. Non tantum enim necesse est; Petrum esse vel non esse, sed & esse hominem, vel non esse hominem, esse album, vel non esse album.

III. Notanda autem est particula *simul*, id est, eodem tempore. Diverso enim tempore potest idem esse & non esse: sicut aqua, cum hoc tempore sit calida, alio tempore non est calida. Quin etiam cum reliquis requisitis, quae ad veram contradictionem Aristoteles *I. Elench.* exigit, ista proportio intelligenda est. Impos-

sibile est, idem simul esse & non esse $\alpha\epsilon\gamma\epsilon\varsigma$ τὸ αὐτὸ, ad idem, κατὰ τὸ αὐτὸ, secundum idem, & ἀσάυτως, eòdem modò: id quod significat Aristoteles. quando cit. *Lib. IV. Metaphys. t. 9.* ait: *Idem simul inesse & non inesse eidem & secundum idem, impossibile est, & quaecunq; alia à nobis adiungi possent, ad Logicas difficultates sint adjecta.*

IV. Quemadmodum autem aliàs nihil tam absurdum, ineptum, & ab omni ratione abhorrens est, quin aliquando aliquem assertorem & defensorem habuerit: ita extitisse olim perhibentur, qui certissimum hoc & omnium evidentissimum axioma negare, & fieri posse, ut idem simul sit & non sit, dicere veriti non fuerunt, quamvis Aristoteles existimet, eos, licet verbis id prodiderint, secum tamen apud animum suum non ita stauisse, quando scribit: *Fieri non potest, ut idem quisquam esse & non esse existimet, quemadmodum nonnulli Heraclitum dicere arbitrãtur. Neq; enim necesse est, ut qua quis dicit, eadẽ & sentiat.* Quod etiam innuit *I. Post. t. 79.* Disputat autem prolixè contra eos idem Philosophus, in alleg. illo *Lib. IV. Met. c. IV. & seqq.* & axiomatis nostri veritatem masculè asserit.

V. Quanquàm autem id absolutè & κατὰ ἀλὴν δεικναι demonstrari nequit, cum nec eò notius, nec oppositò ejus, nempè *contradictoria* simul posse dici de eòdem, absurdius quicquam sit: quò

quò mi
& coru
retund
obstat;
fimum
quàm e
absurd
bet, ali
disting
uòs da

VI.

III. f.

tum sci

suo cer

illius cò

lo, qui

vit, sed

it, veri

Sycop

èlitam

fert. 3.

quòd d

cùm in

verum

VII

stiano

Thal

incule

conte

quò minùs tamen καὶ ἀνθρώπων demonstratur, & eorum, qui negatum id eunt, vel protervia retundatur, vel simplicitati consulatur, nihil obstat; cum fieri possit, ut is, qui id. quod notissimum est, inficiatur, alia minùs evidentia tantùm evidentia admittat. & qui quod omnium absurdorum maximum, pro absurdò non habet, alia in absurdis numeret. Philosophus distingvit inter τὸ δῶδεξαί, καὶ τὸ ἐλεγκτικὸς δῶδεξαί.

VI. Petrus Hurtadus de Mendozâ *disp. Met. III. s. III.* à nullò unquam homine id fuisse negatum scribit, sed Aristotelem suò mare id alicui ex suo cerebro imposuisse, ut inde occasionè arripere illius cõfirmandi. Atqui repertus est nostro seculo, qui non ipse tantùm id negare non dubitavit, sed & orbi Christiano persuadere ausus fuit, veritati fidei id esse inimicum. Scribit enim Sycophanta ille, qui falsò se Christianum Israelitam nominat, in libellò quòdam famosò *assert. 3. contra Grauerum*, axioma illud naturale, quòd duo contradictoria non possint simul esse vera, cum impossibile sit idem simul esse & non esse, neminè verum Christianum posse agnoscere, imò nec debera.

VII. Eam nimirum fidem in populo Christiano esse voluit, qualis Judæis passim in Thalmudo, ut refert *Buxdorff. in Synag. Jud. c. E.* inculcatur: nimirum si duo Rabbini inter se contendant & pugnent, ac sermones contradicen-

dicentes proferant, non minus credendum esse, utrumque doctrinam suam à Mose accepisse, imò, (quæ summa est blasphemia,) utramque sententiam verbum Dei viventis esse.

VIII. Nos non ferendæ impurissimi scurræ illius impudentiæ, impioq; & perniciosissimo dogmati paucissimis obviam ibim⁹: I. Si verus Christianus nec potest, nec debet agnoscere hoc axioma, *Contradictoria non possunt simul esse vera*, qui factū est, quod Apostolus id agnovit & usurpavit, quando Rom. XI. v. 5. & 6. Sic igitur inquit, *Et in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ fuerunt. Quod si per gratiam, jam non ex operibus, quandoquidem gratia jam non est gratia. Sin ex operibus, jam non ex gratia, quandoquidem opus jam non est opus.* Apostolum hîc pro absurdò & aduicariò habere, aliquid esse gratiam, & non esse gratiam, esse opus, & non esse opus, quæ contradictoria sunt, & istò axiomate, *quod contradictoria nō sint simul vera*, argumentum suum fundare, vel cæcus videt. An verus Christianus non fuit Apostolus, qui axiomate illò naturali fuit usus? An in hōc ab officiò electi Dei organi decessit?

IX. II. Si contradicentia possunt simul esse vera, quid 1. Theologi desudant in conciliandis his Scripturæ textibus, qui adversari sibi invicem videntur? 2. Nihil agunt, dum in disputationibus inter alia etiam hōc telò contra
adver-

adversa
lūm un
dicere
psum c
mediō
contra
quod u
falsa 4
refes &
contra

X.
ctoria
gmata
quod
est, ali
Profec
& illa
igitur
in vice
fixerit
opinio

XI.
nec de
dictor
natur
paren
à Chr
XI

adversarios utuntur, quod ostendunt, non solum unum alteri, sed eundem sibi ipsi contradicere, imò hoc vel illud eorum dogma seipsum contradictionis gladiò jugulare. Imò 3. è mediò tollitur omnis disputatio, ut quæ inter contradictoria versatur, eoq; unicè nititur, quod una contradictionis pars vera sit, altera falsa. 4. Admittendæ erunt sine discrimine hæreses & quævis fanatica dogmata, si admittitur, contradictoria posse esse simul vera.

X. Dicitur: Quamvis statuamus, contradictoria posse esse simul vera, hujusmodi dogmata tamen non esse admittenda, propterea quod cum Scripturis sacris pugnent. Sed quid est, aliquod dogma pugnare cū Sacris literis? Profectò nihil aliud, quàm Sacras Scripturas & illa dogmata sibi invicem contradicere. Si igitur & ea vera atque credenda sunt, quæ sibi invicem contradicunt, lethale vulnus non inflixeris homini fanatico, si demonstrâris, ejus opinionem cum Scripturâ pugnare.

XI. Sed cur, quæso, Christianus nec potest, nec debet agnoscere axioma hoc: duo contradictoria non possunt simul esse vera? An, quia naturale est? Atqui & id axioma, quod dicit, parentes esse honorandos, est naturale. Ergò à Christianò agnosci nec potest, nec debet?

XII. Ex Axiomate præsentis nonnulli, viri

& eruditissimi, & in Philosophiâ Peripateticâ versatissimi, communicationem priorum evertere conantur: Cum enim secundum *I. Top. c. IV.* de ratione proprii sit, ut soli insit, & cum re reciprocetur, manifestam contradictionem involvi credunt, si proprium alteri communicetur. Hôc ipsô enim competet soli, & non competet soli, reciprocabitur, & non reciprocabitur.

XIII. Verum ipse Philosophus *V. Top. c. III.* docet, ita proprium esse posse alicui, & ipsi soli tribui, ut tamen & alteri conveniat, ut si uni tribuatur *ὡς πρῶτον*, immediatè & tanquam subjecto primo, alii *καὶ ἀλλότῳ πρῶτον*, mediatè sive per aliud primum, quemadmodum si quis *τὸ κερῶδες* coloratum esse, proprium constituat superficiei, illi fraudi non est, quod id corpori quoque insit. Manet enim proprium superficiei, & ei soli competit tanquam subjecto primo, cum corpori non primo, sed ratione superficiei insit.

XIV. Qui igitur asserunt, propriâ divinitatis, ut omnipotentiam, omniscientiam, &c. communicata esse carni Christi, observatâ hâc Aristotelis doctrinâ, nullô negotiô, quantum ego judicare possum, sese extricant, & notam contradictionis effugiunt. Manent enim omnipotentia, omniscientia, &c. etiam si communicentur humanæ naturæ in Christo,
pro-

propri
illi nisi
ra, cum
igitur
& tan
tur.

I. Qu
propo
vera e

II.
idem
prace
cit.

III. M
& Soa
bem
tentia

IV. M
VII. c
tanqu
tra pr

IV
princ
dicer
busli
& qu

propria divinæ naturæ, quia non competunt illi nisi κατ' ἄλλο, nempe ratione divinæ naturæ, cum quâ in unitate personæ subsistit. Soli igitur divinæ naturæ insunt immediatè, per se, & tanquam πρῶτον, cumque eâ sic convertuntur.

REGULA II.

Quodlibet est vel non est.

I. Quod verbis affirmationis & negationis ita proponitur : *De quolibet affirmatio vel negatio vera est. I. Post. t. 83. III. Met. t. 3. & IV. Met. t. 27.*

II. Javellus *IV. Met. q. IX.* hoc principium idem planè & ejusdem sensus esse statuit cum præcedenti, cui adstipulatur Mendoza *l. supra cit.*

III. Nos cum Fonseca *IV. Met. c. III. q. un. f. II.* & Soario *disp. Met. III. f. III.* pro distinctis habemus. Quam omninò etiam Aristotelis sententiam fuisse, inde colligi potest, quod cum *IV. Met. c. IV.* illius veritatem defendisset, *cap. VII.* demum hoc confirmandum sibi sumit, tanquam peculiaris quædam argumenta contra protevros requirens.

IV. Soarii fundamentum est: Cùm ista duo principia sint *de esse & non esse*, sive de contradicentibus, & verò in contradicentibus quilibet duo reperiantur, nempe *repugnantia*, & *quod careant omni medio*; prius principium

um repugnantiam exprimit, Significat enim esse & non esse, sicut & quælibet contradicentia, repugnare sibi invicem, neque simul stare, & de eodem vera esse posse. Posterioris verò sensus est, contradicentia medio omni carere, neque simul de eodem falsa esse, quod & Aristoteles docet, quando in principio c. VII. L. IV. Met. ait: *At verò neq; inter contradicentia quidquam medium est, sed necesse est. unum de uno affirmare aut negare.* & dum contra negantes hoc principium argumentatur, probat, inter contradicentia non dari medium. Ista duo autem, nempe *contradicentia pugnare inter se, & medium nullum admittere*, diversa esse, probat Suarez ex eò, quod illud commune sit omnibus oppositis, hoc autem proprium contradicentibus.

V. Regit Mendoza I. illud principium: *Impossibile est* &c. docente Soario significat repugnantiam contradictoriorum, hoc verò, *Quodlibet est* &c. eorum immediationem, ut ipse loquitur. Sed repugnantia contradictoria, & immediata oppositio, sunt formaliter idem. E. & illa principia sunt formaliter unum.

VI. II. Repugnantia, ut duo conceptus simul sint & non sint, significat, utrumque conceptum existere non posse, item significat, utrumq; non posse simul existentiam carere. Sed hoc est, alterum eorum necessario esse vel non esse. E. illa duo principia sunt unum. VII.

VII. Respondeo ad I. Repugnantia contradictoria Mendozæ nihil aliud est, quam repugnantia immediata; Hòc modò illa formaliter idem esse quis negaverit? Dico tamen, formaliter aliud esse illam repugnantiam contradictoriam sive immediatam, ut repugnantia est aliud, ut immediata est, quod idem est, ac si dicamus, formaliter aliud esse ipsam repugnantiam contradicentium per se & præcisè consideratam, aliud esse eorum immediationem: idque vel inde perspicitur, 1. quod si per impossibile, ut loqui solent, còtradicentia admitterent medium, nihil impediret, quò minus inter se pugnarent. 2. quod repugnantia contradictoriorum, ut repugnantia est, ipsis & contrariis (loquimur de propositionibus) æqualiter convenit. Est enim repugnantia propositionum contrariarum tanta, quanta contradictoriarum, cum neutra simul vera esse possint, estq; omnibus contrariis æquè communis atq; contradicentibus. At immediatio, sive repugnantia ut immediata est, non convenit illis æqualiter. Contradictoriis enim competit omnibus & per se, ut habetur *I. post. 2. 13.* Contrariis verò non omnibus, & per accidens, quoniam in materiâ contingenti medium habent, & utraq; earum falsa esse potest, quod autem careant nonnunquam omni mediò, per accidens est, quia fit ratione materiæ necessariæ, ut explicat Thomas. Ad

IIX. Ad II. Multis probat Mendoza minorem, sed in majore manifesta occurrit petitio principii, ut vel ex contrariis aut privativè oppositis patet. Nam videre & cæcum esse sunt duo conceptus, quibus repugnat simul *esse & non esse*, nimirum in eòdem; possunt tamen simul existentiam carere, scilicet in eòdem, cum lapis nec videat, nec cæcus sit.

IX. Dicat quis, istam propositionem: *Quodlibet est vel non est*, non tantum significare, *esse & non esse* mediò carere, sed etiam ea pugnare, propterea, quod nisi pugnarent, non rectè mediante particulâ disjunctivâ enunciarentur; quemadmodum non rectè diceret, quodlibet lac esse album & dulce, propterea, quod album & dulce respectu subjecti non pugnant, sed eisdem inesse possunt, sicut & lacti ambo simul insunt.

X. Demus, isthæc vera esse, adhuc distincta manent nostra duo principia. Concludimus sic: Quæ propositio tantum significat contradictoria pugnare, illa sensu diversa est ab eâ, quæ vel tantum significat, ea immediata esse, vel ea immediata esse, & pugnare simul. Atqui hæc propositio, *Impossibile est &c.* tantum significat, contradicentia pugnare, altera vero, *Quodlibet est &c.* vel tantum significat, ea esse immediata, vel utrumque simul, nempe & immediata esse, & pugnare, quemadmodum

ex

ex hæc sunt.

XI. *Impossibile est non esse* pugnantiam merito: *Impossibile est eòdem.*

XII. *L. I. P. scientia esse veris unum in duogatio n*

XII. quomente hæc duplicextra sius ita ptâ tunc quid eundem concr ipsu

ex hæcenus dictis constat. E. sensu diversa sunt.

XI. Quod si quis hõc locõ expetat principium ab illõ priori, *Impossibile est idem simul esse & non esse*, ita diversum, ut sicut illud solam repugnantiam exprimit, ita hoc solùm carentiam mediï significet, id hõc modõ formari poterit: *Impossibile est idem neq; esse, neq; non esse. Impossibile est idem neq; affirmari neque negari de eõdem. Contradictoria non possunt simul esse falsa.*

XII. Cui doctrinæ subscribit Pacius in t. 52. L. I. Post. *Est autem principium, inquit, omnibus scientiis commune, contradictionis unam partem, esse veram, alteram falsam. Hoc principium, quavis unã videatur, tamen duab; partibus constat, & in duo principia dividitur, nempe, affirmatio & negatio nõ sunt simul vere, & nõ est utraq; simul falsa.*

XIII. Sed missis tandem hisce, videamus, quomodo Joh. Picus Mirandulanus in lib. de Ente & Uno c. 3. & 4. & Mafius in tract. de trans. de hæc regulâ philosophentur. Docent, Ens dupliciter sumi, primò pro õmni eõ, quod est extra nihil, sive, quod non est nihil. Quod Mafius ita explicat, ut asserat, voce entis sic acceptã tùm id venire, quod est, tùm id, quõ ali- quid est. Et sic ipsum esse quoque esse Ens. Secundò pro concretõ, sive, ut Picus loquitur, ut concreti nominis faciem habet, & est id, quod ipsum esse participat: quemadmodum candi-

dus

dum non est ipse candor, sed, quod candorem participat. Ipsum autem *esse*, quod pro abstracto habent, negant sic esse ens, cum se ipsum non participet, nec, ut Masius explicat, sit id, quod est, sed id, quod aliquid est. Priori modo cum Ens accipitur, formari potest hoc primum axioma & universale proloquium: de quolibet re dici esse aut non esse, de nullo autem utrumque simul. Et Masius expressè scribit, hoc axioma non esse verum in posteriori acceptione vocis entis, cum ipsum *esse* neque ens sit, neque non ens:

XIV. Sed miror, quid doctissimis hisce viris in mentem venerit, ut isthac scriberent. Concedunt hanc propositionem tanquam veram, *esse* non est ens. Quò jure igitur istam, *esse* est non ens, rejicere possunt, cum à negante finitâ ad affirmantem de prædicatò infinitò legitima sit consequentiâ?

XV. Neque præsuppositò illò, quod de duplici vocis entis significatione docent, sequitur: *Esse* est non ens. E. est nihil; quoniam cum hic non ens non opponatur enti in suâ latitudine, sed strictius sumto, ut concretum est, potest aliquid esse non ens, ut non sit nihil. Nihil autem nõ opponitur enti strictius & pro concreto sumto, sed latissimè accepto.

XVI. Præterea si vel maxime utraq; harum: *esse* est ens, *esse* est non ens, esset falsa, id nihil de-

detrahere
quatenus
tradice
tramque
ciatione
sit affirm
dicentib
net has
est ens,
conced
sam esse
isti Auto

XVII

mur, a
voce
liber tan
ad ens r
bis expr
gantur.
ut Chim
est, est h
dici pot
mo & n

Omne q
omne.

I. Di
& quod

detraheret universalitati nostri axiomatis, quatenus id loquitur de enunciationibus contradicentibus, in illis dari medium, hoc est, utramque falsam esse, negans. At duæ illæ enunciationes non sunt contradicentes, cum utraq; sit affirmativa, licet sint de prædicatis contradicentibus, sive finito & infinito. Quod attinet has contradicentes, esse est Ens, esse non est ens, inter eas medium dari ipsi negant; cum concedant posteriorem veram, priorem falsam esse. Quæ de concretò & abstractò, & aliis isti Autores disputant, de iis aliò locò.

XVII. Id hinc antequam ad alia progrediamur, adhuc notari volumus, in priori regulâ vocem *idem*, in hâc secūdâ autem vocem *quodlibet* tam latè esse extendendas, ut non solum ad ens reale, sed etiam ad quodlibet; quod verbis exprimi, aut mente concipi potest, porrigantur. Quicquid enim mente concipi potest, ut Chimæra, Hippocentaurus, illud est, vel non est, est homo, vel non est homo, neque de eodici potest quod simul sit & non sit simul, sit homo & non sit homo.

REGULÂ III.

Omne quod est, quando est, necesse est esse. Et, omne, quod non est, quando non est, necesse est non esse. Arist. æt. æqu. c. VII.

I. Dicitur: Si omne quod est, necesse est esse, & quod non est, necesse est non esse, sequitur

in rebus non dari contingentiam, five nihil esse vel non esse contingenter.

II. Resp. Necessitas est duplex: absoluta, & immutabilitatis ex suppositione. Necessitas absoluta, secundum Gabrielem *III. dist. XVI. q. I. est*, cujus oppositum includit contradictionem. Absolutam necessitatem, inquit Pererius *Lib. IX. Phys. c. XIII. vöco eam*, quæ simpliciter rei convenit ex naturâ suâ. & secundum omnes temporis differentias, ut hominem esse animal, absolutè necessarium est, quia oppositum ejus; nempe hominem non esse animal, implicat contradictionem. Esse animal enim est ipsa natura hominis, & nulla temporis differentia potest ipsi non convenire. Necessitas immutabilitatis ex suppositione dicitur; cum aliquid convenit rei contingenter, si ejus natura in se spectetur, factâ tamen aliquâ hypothese, non potest ipsi non convenire, v. g. Petrum progredi, simpliciter est contingens, positô tamen quod currat, necesse est ipsum progredi.

III. Jam dico, Regulam loqui de necessitate immutabilitatis ex suppositione, quæ stat cum contingentia: contingens est, Petrum esse, aut ebrium esse, cum oppositum, ipsum non esse, aut non esse ebrium, non implicet contradictionem, neque esse, aut ebrium esse, ipsi ex naturâ suâ competat: positô tamen, ipsum esse,

esse, aut
re, quô e
esse, sed
dicendu
non est,
quod sit,
gens est,
quod hõ
est, ipsu

IV.
posse bif
est: om
rem, qu
anteced
enim ita
mne quo
quod est
non est,
ferè ver
quando
quando
quando
est, nec
niam qu
non idem
Idem dic
stoteles.
quod est
est esse.

esse, aut ebrium esse, non potest eò ipsò tempo-
re, quò est, aut ebrius est, non esse, aut non ebrius
esse, sed necessariò est, aut etiam ebrius est. Idem
dicendum de eò quod non est. Aliquid, quod
non est, contingens est non esse: positò tamen,
quòd sit, necesse est ipsum non esse. Sic contin-
gens est, Petrum non esse ebrium, positò tamen,
quod hòc vel illò tempore non sit ebrius, necesse
est, ipsum tunc non esse ebrium.

IV. Ad argumentum respondeo: Antecedens
posse bifariam intelligi: 1. In sensu divisò, qui hic
est: *omnem rem, quæ est, necesse est esse; & omnem
rem, quæ non est, necesse est non esse.* Et sic negatur
antecedens, neque id dicit nostra regula. Non
enim ita sonat: *omne quod est, necesse est esse; & om-
ne quod non est, necesse est non esse; sed ita, omne
quod est, quando est, necesse est esse; & omne quod
non est, quando non est, necesse est non esse.* Iisdem
ferè verbis pro explicacione utitur Aristoteles
quando *l. cit.* ait: *Ergò quod est, necesse est esse,
quando est; & quod non est, necesse est non esse,
quando non est. Verùm nec necesse est esse, quicquid
est, nec necesse est non esse, quicquid non est. Quo-
niam quicquid est, ex necessitate esse, quando est,
non idem valet, quòd simpliciter ex necessitate esse.*
Idem dicendum est de eò, quod non est. Hæc Ari-
stoteles. 2. In sensu compositò, qui hic est: *omne
quod est, quatenus est, vel, positò quod sit, necesse
est esse. Et omne quod non est, quatenus non est,*

B

vel

vel positò quod non sit, necesse est, non esse. Et sic antecedens verum est, sed negatur consequentia, quia illa necessitas non est absoluta, sed hypothetica sive ex suppositione, quæ contingentiam non excludit.

REGULA IV.

Non entis nulla sunt predicata.

I. Bifariam ens accipi et n̄suevit; primò locò nominis, & significat essentiam, vel rem ratione essentia suâ, sive actu sit in rerum naturâ, sive non sit, quomodo rosam in hyeme ens esse dicunt Secundo locò participii, quomodo solum id dicitur ens, quod actu existit in rerum naturâ. Quæ quidem duplex hujus vocis acceptio in ipso etiam Aristotele fundamentum mihi habere videtur. Nam apud ipsum τὸ εἶναι jam existentiam significat, & construitur cum casu accusandi, ut I. Post. t. 14. & II. post. t. 72. Jam essentiam, & cum Dativò conjungitur, ut IV. Metaph. t. II. & III. de an. t. 9. & alibi, ut τὸ ἀνθρώπου εἶναι essentiam hominis, τὸν ἀνθρώπου εἶναι, hominem esse significat. Cum igitur quot modis unum oppositorum dicitur, tot & alterum dicatur, necesse est, non ens bifariam accipi: 1. ut opponitur enti in primâ acceptione, & sic nihil dicitur non ens, nisi cui repugnat actu esse, ut Chimære, 2. ut opponitur enti in posteriori significatione, estque idem quod non existens actu in rerum naturâ, etsi existere possit, ut rosa in hyeme, quæ in priori significatione

n̄s

ne non e
r aph. t.
ἐστὶ ἢ, ὄν
τὴν sunt
tur regu

II. D
cellaria
tingenti
cellaria d
ta quæ lu
si non ex
sâ rerum
tio: leo e
fer. Iore
dentalib
ita enunc
eidentia.

III. V
emerectè
eitur præ
ri, quæ on
dentalia.
non entia
eclipsis, q
sanitas, q
est. II. Q
dens, cuju
& tamen
plus actu

ne non est non ens. Quò pertinet, quod IX. *Metaph. t. 7* dicitur: *ἡ μὴ ὄντων ἐνία δύναμις ἐστὶν ὅτι ἐστὶ ὅ, ὅτι οὐκ ἐπιχειρεῖ ἐστὶν. Non entium quæd non potentia sunt, non sunt autem quia actu non sunt.* Intelligitur regula de non ente in posteriori significatione.

II. Distingui autem solet inter prædicata necessaria & essentialia, & inter accidentaria & contingentia. & docetur, non entis esse prædicata necessaria & essentialia, vel quod idem est, prædicata quæ sunt essentialia subjecto; convenire ipsi, etsi non existat. Ita si nulli leones essent in universarum rerum naturâ nihilominus tamen illa propositio: *leo est substantia, corporea, animata, vera esset.* Intelligitur igitur regula de prædicatis accidentalibus & contingentibus. Unde etiam vulgò ita enunciari consuevit: *Non entis nulla sunt accidentia.*

III. Verùm obstatè videtur I. quòd rosa in hyemerecè dicitur species, quòd eclipsis futura dicitur præscita, quòd sanitas ab ægrò dicitur amari, quæ omnia sunt accidentia sive prædicata accidentalialia, & tamen subjecta eorum omnia sunt non entia. Nam nec actu est rosa in hyemè, nec eclipsis, quando adhuc est futura & præscitur, nec sanitas, quam amat æger, actu est, quàm diu æger est. II. Quòd hæc propositio: *Socrates est non sedens,* cujus prædicatum est accidentale, est vera; & tamen Socrates est non ens, quia est non amplius actu in rerum naturâ.

B 2

IV.

IV. Dicendum ergo primò, regulam valere de accidentibus denominantibus intrinsecè, ut quoniam purgatorium non est, neque calidum esse potest, neque frigidum. Huc pertinet, quod ait Philosophus IV. *Metaph. t. 16. Ea, quæ non sunt, quò pacto loquentur aut ambulabunt?* Non autem valet de denominantibus extrinsecè ab actu intellectus, phantasiæ aut appetitus, &c. Quia enim aliquid objectum istarum facultatū esse potest, etsi non existat, vel, quod idem est, quia hæc facultates possunt exercere actus suos circa res non existentes, (potest enim ab intellectu & per imaginationem cognosci, & ab appetitu amari id, quod non est) ideo ab iis & earum actibus denominari quoque aliquid potest, etsi non existat. Et hoc probat argumentum primum. Esse enim speciem, esse præscitum, sunt prædicata extrinsecè denominantia ab actu intellectus, amari vel esse amatum, est prædicatum denominans extrinsecè ab actu appetitus.

V. Dixi autem de *Denominantibus extrinsecè ab actu intellectus, imaginationis vel appetitus, &c.* quia eorum, quæ extrinsecè denominant à sensibus externis, aut aliis etiam rebus, alia est ratio. Talia enim accidentia non tribuuntur, non entibus. Ita sequitur: Hoc non est. Ergo non videtur, non auditur; quoniam nimirum sensus externi percipiunt solum objecta actu existentia. Ita si ignis non esset, non posset dici calefaciens (quæ de nomi.

nominans est forma in igne quæ, quæ esse.

VI. D. insinuavit philosophus his. Unde fit tustribus quod sunt non dicunt sunt, scilicet.

VII. purè ne argumens dictiorum non detur si sit. rum esse cas, So si dicas sub fine mniunt. IIX. D. eadem rum quæ denomi trinsecè

nominatio est extrinseca: calefactio enim, quæ est forma, per quam calefaciens dicitur, non est in igne, qui calefacit, sed in patiente, v. g. in aquâ, quæ calefit) quoniam agere præsupponit esse.

VI. Distinctionem hanc circa præsentem re. insinuavit ipse Philosophus *cit. t. Lib. IX. Metaphis.* his verbis: *videtur actus esse motus maxime. Unde fit, ut non entibus, sive iis, quæ non sunt, motus tribui non soleat, sed alia quedam predicata, ut, quod sint intelligibilia, & appetibilia, moveri autem non dicuntur, idq. propterea accidit, quod actu non sunt, sed actu futura sunt.*

VII. Dicendum II non valere in accidentibus purè negativis, quale est non sedens, quod evincit argumentum secundum. Cùm enim inter contradictorios terminos, ut inter sedens & non sedens non detur medium, sed necesse sit, de quòlibet, sive sit, sive non sit, ut de Socrate, alterum verum esse, alterum falsum & verò falsum sit, si dicas, Socrates est sedens, necesse est, verum esse, si dicas, Socrates est non sedens. Ita Aristoteles *sub finem c. X. præd.* Eadem ratio est aliorum omnium.

IX. Dixi in purè negativis, quia privativorum eadem est ratio, quæ positivorum. Nam privativorum quædam sunt talia, ut opponantur terminis denominantibus intrinsecè, & sic ipsa etiam intrinsecè denominantia dici possunt. Ut cæcus

opponitur videnti, quod est concretum intrinsecè denominans. Quædam sunt talia, ut opponantur terminis denominantibus extrinsecè, & sic ipsæ etiam extrinsecè denominantia dici possunt, ut *incognitum*. Cognitum enim, cujus privatio est incognitum, dicitur à cognitione, quæ est extrinsecè, quod cognoscitur.

IX. Jam non entis nulla esse accidentia privativa, nisi termini illi, quibus opponuntur denominant extrinsecè ab intellectu, phantasia, vel appetitu, probat: Cui non potest competere aliquod prædicatum accidentale positivum, quod dicitur habitus, ei etiã non potest tribui terminus privativus illi oppositus, quia privativum non potest tribui nisi subjecto capaci habitus. At qui non enti non potest competere prædicatum accidentale positivum non denominans extrinsecè ab intellectu imaginatione vel appetitu, ut patet ex supra dictis. E. non enti non potest tribui terminus privativus oppositus prædicato accidentali positivo, non denominanti extrinsecè ab intellectu, imaginatione vel appetitu.

X. Dixi autem, nisi habitus eorum denominant extrinsecè ab intellectu, imaginatione vel appetitu, quia si habitus sive termini, quibus privativa opponuntur, denominant extrinsecè ab hisce facultatibus, possunt tribui non entibus, sicut extremus dies, qui nec est, nec fuit, rectè dicitur incognitus, quatenus nescimus, quando futurus sit.

XI.

XI.
habitus i
ve viven

enim mo

XII. E

est, scilicet

dicatum

alicujus

in rerum

vel verbum

trum, i e

vel prædicatum

est subje

illa acci

propositum

XIII.

teriti vel

extiterit

quiritur

verè tam

victus ab

præteritum

ista prop

est, non

est futurum

bii proprie

ris. Non

quiritur

fuerit.

XI. Dicis: Mortuum importat privationem habitus intrinsecè denominantis, nempe vitæ si- ve viventis, & tamen dicitur de non ente. Homo enim mortuus est non ens.

XII. Resp. nulla sunt accidentia ejus, quod non est, scilicet eò tempore, quod per verbum vel prædicatum indicatur, vel, quod eòdem recidit, ut alicujus sint aliqua accidentia, oportet, ut id sit in rerum naturâ pro tempore per prædicatum vel verbum significatum, nimirum, quando neutrum, i. e. nec prædicatum nec copula importat vel præteritum vel futurum tempus, tunc necesse est subjectum esse in præsentem, ut ipsi verè possint illa accidentia tribui, observatâ tamen doctrinâ propositâ.

XIII. Si verò alterum vel utrumque sit præteriti vel futuri temporis, oportet, ut subjectum extiterit præterito, aut existat in futurò, nec requiritur, ut sit in præsentem. Sic Turnus jam non est, verè tamen ipsi tribuitur hocce accidens, quod sit victus ab Æneâ, quia nempe victus est temporis præteriti, sufficit Turnura aliquando fuisse. Sic ista propositio, *dies extremus erit terribilis*, vera est, non obstante, quod jam non est, quia verbum est futuri temporis. Atque hinc patet solutio dubii propositi, nempe *mortuus* est præteriti temporis. Non ergò ut jam aliquis dicatur mortuus, requiritur, ut jam sit, sed sufficit, quod aliquando fuerit.

XIV. Duo, antequàm hinc abeamus, adhuc notari volumus: I. esse quædam verba, quæ præter tempus, quod more aliorum verbum ad significat, significatione suâ certum tempus respiciunt. Illa igitur ut de aliquo prædicentur, requiritur existentia ejus in illò tempore, quod significatio eorum respicit. V. g. verbum *pœnitere*. quòcumq; ipsùm tempore proferatur, respicit significatione suâ tempus præteritū, vel rem factam. Pœnitentia enim est præteriti sive rei factæ, vel reverrà, velex opinione saltem. Hic si quæras ex aliquò, qui hæc in re innocens sit, *an ipsū pœniteat furti*, rectè responderit: Nō entis nulla sunt accidentia. Furtum meum nullum fuit, vel furtum non commisi. E, ejus me non pœnitet. Ut alicui pœnitentia alicujus rei tribuatur in præsentī, non requiritur, ut ea res in præsentī existat, cūm pœnitentia importet actum appetitū.

XV. Dicis: Fieri potest, ut aliquando me pœniteat ejus, quod futurum & factum nondum sit. Respondeo; necesse est, ut cujus te aliquando pœniteat, præteritum sit & factum, respectu ejus temporis, quò te pœnitere dicitur. Quod si jam nondum factum est, nondum tibi etiam pœnitentia tribuitur.

XVI. II. Quæ denominant extrinsecè ab actu alicujus illarum facultatum, de quibus §. præc. & supra §. IV. & si quæ alia est, cujus actus non requirit existentiam objecti, posse prædicari de non ente,

ente, non
de cō nō
& in pñe
Imagina
bilia pos
III. Erb
de an. c
& intell

Ej

I. V.
indiv si
dici ind
ctum es
quod a
neat, q
Met. c.
rum, q
ducunt
non est

II.
essentia
indivisi
essentia
riam es
n à har
ta, utie
modu
tur.

ente, non solum in posteriori ejus significatione, de eò nimirum, quod non est, cum possit esse, sed & in priori, de eò, quod nec est nec esse potest. Imaginari namque, cognoscere, & velle impossibilia possumus. Voluntas enim est impossibile, III. *Eth c. II.* & imaginamur ea, quæ volumus. III. *de an. c. III* Quod si voluntas impossibile est. E. & intellectus,

REGULA V.

Essentia rerum sunt sicut numeri.

IX. Metaph. c. III.

I. Vulgò dicunt: *Essentia rerum consistunt in indivisibili.* Ubi sciendum, bifariam posse aliquid dici indivisibile, primò absolute, quomodo punctum est indivisibile; secundò certò modò, ut, quod aliquid non possit dividi, ita ut ipsum maneat, quomodo mensura dicitur indivisibilis X. *Met. c. II.* ut linea pedalis, quæ est mensura linearum, quæ in ædificiis describendis ab architectis ducuntur. Si enim quicquã ab ista lineã auferas, non est amplius pedalis.

II. Priori modò non in universum verum est, essentias rerum esse indivisibiles, vel consistere in indivisibili, si verum est, formam non esse totam essentiam substantiarum corporearum, sed materiam esse ejus partem. Si enim ex materiã & formã harum rerum essentiæ sunt realiter composita, utiq; in easdem partes dividi possunt, quemadmodum reverà in morte anima à corpore separatur.

III. Posteriori modò omnium rerum essentia indivisibiles sunt, quia nimirum ut sint & maneat ejusmodi essentia, dividi non possunt, & si dividantur, & aliquid ab ipsis auferatur, non manent illarum rerum essentia. Hinc Aristoteles *l. cit.* essentias rerum cum numeris comparat. Ortumq; hinc axioma: *Essentia rerum sunt sicut numeri. Quemadmodum enim, si quid eorum, ex quibus numerus constat, ab eò ablatum, aut additum fuerit, non idem jam numerus, sed diversus existit, etiamsi minimum auferas: ita neque definitio aut essentia eadem consistit, si quicquam aut auferatur, aut adjiciatur.* Sunt verba Philosophi V. g. si ad animal addas τὸ λογικόν, habes essentiam hominis; si verò auferas idem, non amplius erit homo, sed tantum animal. Sed si pro hac differentia λογικόν substituas τὸ ἄλογον, erit bruium.

IV. Dicis; Accidentia adveniunt & auferuntur ab essentiis, salvis manentibus essentiis. Ergò non semper variat, neq; alia atq; alia sit essentia, si quid addatur vel detrahatur.

V. Resp. Regula loquitur de indivisibilitate essentiarum. Sermo ergò fuit de eo, si quid adjiciatur aut auferatur, ut essentia per hoc dividatur. At adjectione vel subtractione accidentium essentia non dividitur.

REGULA VI.

Essentia rerum sunt aeternae.

I. Tri-

I. Tri-
res omne
cundum
ligendun
actu sint
essent et
dum; a
non essen
tur Suare
Mendoza
quast. IIX
II. Ga
I & Men
tum de e
rum perp
& ab æter
sint.

III. In
eujus est
Unde eti
aliquid p
necessaria
I. Post. t. 3
tia. Hæc
onem cu
ruptione
IV. Pu
convenir
v. g. non p
non facer

I. Tritum hoc est apud autores, etiam eos, qui res omnes à Deo in tempore ex nihilo creatas secundum fidem nostram statuunt. Non ergò intelligendum est de esse actuali, quasi nimirum semper actu sint, sine principio & fine. Si enim hoc modò essent aeternæ, aut ipse Deus essent, quod absurdum; aut essent aliquid extra Deum, & sic res non essent ex nihilo in tempore creatæ. Videantur Suarez *Disp. Metaph. XXXI. sect. II. & seqq.* Mendoza *disp. Metaph. IIX. s. I. & Raphaël Advers. quest. IIX. Phil. s. III.*

II. Gabriel Vatquez *P. III. disp. LXXIII. cap. I & Mendoza l. cit.* interpretantur præsens effectum de esse possibili, quia nimirum essentia rerum perpetuò & necessariò habent esse possibile, & ab aeternò non implicat contradictionem, ut sint.

III. Intelligitur à plerisque de essentia cum eo ejus est essentia, connexionem, quæ perpetua est. Unde etiam propositiones, in quibus essentia aut aliquod prædicatum essentiale affirmatur de re, necessariæ sunt & aeternæ veritatis, ut constat ex *I. Post. t. 30.* & multis aliis locis. Non ita accidentia. Hæc namque non habent perpetuam connexionem cum re, cum possint abesse citra ejus corruptionem, *I. Top. c. IV. I. Post. t. 52.*

IV. Pulchrè Mendoza *l. cit.* ait, essentias rebus convenire necessariò, quia *Deum producere hominẽ v. g. non potest illi tribuere essentiam lapidis, quia non faceret hominem, sed lapidem.*

V. Ex

V. Ex quò intelligitur, necessitatem illam quæ dicimus, essentiam rei cum eâ cohærere, ita ut ne ipsa ab eâ avelli, nec alterius rei essentia ipsius essentia esse possit, tantam esse, ut ne à Deo quidem mutari posse propterea, quòd contradictio nem implicet, hominem aliquid esse, & non obtinere hominis essentiam, aut lapidis essentiam esse jus esse essentiam. Id verò nullum in Deo arguere defectum aut impotentiam, à multis aliis, & à nobis alibi latè deductum est.

VI. Neq; verò quia propositiones, in quibus essentia aut prædicata essentialia de renunciantur, v. g. hominem esse animal rationale, perpetua & æternæ veritatis esse dicimus, inferre inde licet, res aut essentias rerum ab æternò existere; quandoquidem τὸ εἶναι sive esse, hîc non existentiam significat, sed nihil aliud est, quàm τὸ συγκεῖσθαι ἢ ἐν εἶνα, connecti & unum esse, quemadmodum è còtrario τὸ μὴ εἶναι est μὴ συγκεῖσθαι, ἀλλὰ πλείονα εἶναι, nō connecti, sed plura esse, sicut docet *Arist.* IX. *Metaph.* t. 21. Ubi etiam dicit, esse quædam, quæ semper cohæreant, neque fieri posse, ut dividantur.

VII. Hanc de inseparabilitate prædicatorum essentialium à rebus, quibus essentialia sunt, doctrinam Theologi quoque sibi custodiendam ducunt. Cùm enim fides assentialiter sit notitia quædam, ne infantibus, quibus fidem à describunt, notitiam, quia usu rationis destituuntur, denegent, potius

potius al
in illis ex
ad ejus es

I. Vid
explicati
nantia e
non enti
sciri est
vacuum
dam ear
III. & I
purgator

II. N
ptio ent
ut respo
Philosof
συθέσει
quæ est
tia sunt
centaur
Aristote
so. quæ
Est enim
30. Quæ
bi apud
III. E

potius asserendum censent, à Spiritu S. notitiam in illis excitari, quam aliquid esse sine illo, quod ad ejus essentiam pertinet.

REGULA VII.

Non entis nulla est scientia.

I. post. t. 10.

I. Videtur id I. adversari iis, quæ diximus in explicatione *Reg. IV.* Nam predicata denominantia extrinsecè ab actu intellectus quò minus non enti competant, nihil prohibet, Sed aliquid sciri est hujusmodi denominatio. Infinitum & vacuum sunt non entia; nihil omnium tamen quædam earum est scientia. Agit enim de illis *Arist. III. & IV. Phys. & lib. I. de cælo.* Et Theologi de purgatorio tractant.

II. Notanda & hoc loco venit diversa acceptio entis & non entis. Primò enim sumuntur, ut respondent simplicibus conceptibus, sive, ut Philosophus *I. de interp. c. I.* loquitur, τῶ ἀπὸ συνθέσεως καὶ διαρέσεως νοήματι. intelligentiæ, quæ est sine compositione & divisione, & sic entia sunt homo, lapis; non entia, Chimæra, hippocentaurus, in quibus non est verum aut falsum, ut Aristoteles *ibidem* dicit. Secundò, pro vero & falso, quæ in compositione & divisione consistunt. Est enim sic ens idem, quod falsum, *VI. Metaph. t. 30.* Quæ significatio etiam *III. Top. c. IV.* & alibi apud Philosophum occurrit.

III. Hoc posteriori modo non ens in præsen-
ti

ti regulā quoque sumitur. Quod patet tūm ex eo quod opponitur vero. Ait enim *ἀληθινὸν ἢ δὲ καὶ εἶναι, ὅτι οὐκ ἔστι τὸ ἀπὸν ὁπισθεν* vera sicut est oportet, sc. ea, ex quibus est de monstratio, quoniam non ens non est scientia; veluti diametrum communem habere cum latere quadrati mensuratum ex hoc ipso exemplo. Si enim dicas, diametrum est commensurabilis cum latere, non est sine compositione aut divisione; nec est non ens eodem modo, quo Chimæra aut hippocentaurus, sed adducitur ab Aristotele tanquam propositio falsa.

IV. Ea igitur sententia nostræ regulæ est: *Ἐστὶν quod falsum est, nulla potest esse scientia.* Scientiam enim esse necessarium, sive eorum, quæ aliter sese habere non possunt; decantatissimum est, & toties à Philosopho inculcatum, ut supervacuum sit textus adducere. At quod falsum est, non tantum potest aliter sese habere, sed reverà aliter se habere, ut perspicere est ex *H. Top. c. I. IV. Metaph. c. VII.* & aliis locis.

V. Estne ergo, inquis, scientia non entis, ut non ens priori modo sumitur? Existimo hinc etiam distinctionem non entis in *princ. Reg. IV.* propositam esse adhibendam. Ejus, quod ne potentiam quidem est, nullò modo est scientia. De eò autem quod actu quidem non est, potest tamen esse, secus pronuntiandum videtur; non quasi detur ejus scientia;

tia, quod
sed, quod
ipsum de
nim, Lun
rari etiam
Soli opp

VI. V
nec est, n
strat enim
dari, nec

VII. U
explicetur

positivam
non est, e

esse & fals
gnitione h

tiam non
id, quod

non scien
rantiam

Aristotelis
trum esse

ut verum
pinio voca

non entis
falsa prop

negaret A
infinitem

tia, quod actu sit, (hoc enim esset falsum scire) sed, quod licet actu non existat, de eo aliquid, aut ipsum de aliquo possit demonstrari. Scimus enim, Lunam diametraliter Soli oppositam obscurari etiam tum, quando non est eclipsis, nec luna Soli opponitur.

VI. Verum dicat quis etiam falsi, & ejus, quod nec est, nec esse potest, dari scientiam, Demonstrat enim Philosophus infinitum & vacuum nec dari, nec dari posse.

VII. Ut ad hoc respondeatur, & regula ulterius explicetur, dicendum, cognitionem esse duplicem, positivam & privativam. *Positiva cognitio ejus, quod non est, est, quando aliquis putat id, quod non est esse & falsam propositionem esse veram, de qua cognitione hic loquitur Aristoteles, dum dicit, scientiam non dari ejus, quod non est. Nam si quis id, quod falsum est, verum esse arbitretur, is non scientiam habet, sed deceptionem & ignorantiam; talem cognitionem significat ipsum Aristotelis exemplum: nam cognoscere diametrum esse commensurabilem lateri, est cognoscere ut verum, id quod falsum est, quæ potest quidem opinio vocari, sed nunquam scientia. Privativa autem non entis cognitio est, cognoscere ipsum non esse, & falsam propositionem falsam esse quæ cognitionem dari non negaret Aristoteles: propterea in libris Phys. docuit infinitum & vacuum non dari. Sunt verba Zabari in cit.*

f. 10.